

1804  
A  
1386







COLLEGII PVBLCI,  
DISPVATIO VICESIMA PRIMA,

De

**IVREIVRANDO,**

Desumpta ex tertia Pandectarum parte, & con-  
cordantibus tit. Iuris Canon. Cod. &  
Constit. Princip. Feud.

QVAM

DEO AVSPICE,

PRÆSIDIBVS

*Clarissimis & Consultissimis Viris, ac DD.*

Dn. PETRO OSTERMANNO, I. V. Doctore, &  
Dn. ARNOLDO MAESS, SS. LL. Licentiatò,  
respectivè Dictatore & Fisco.

*In Florentissima apud Vbros Vniuersitatis, Iuris vtriusq;  
Collegio, publicè discutiendam proponit*

IACOBY Sæmminck / Vredena Westphalus.  
Anno Incarn. Dom. 1629. die 26. Iulij.


Res est Sanctissima Ciuilis Sapientia l. s. s. proinde  
*ff. de extraord. cognition.*

21.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Excudebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.









CONTINUATIO.

**P**Ræmissa solenniter, nuper ob contractus frequentiam Rubrica, seu titulo generali, de rebus creditis. Enimuerò ergò quod isthinc deficientibus legitimis probationibus, cum cōtrouersæ & discordiæ, tum causæ & ambiguitates frequenter promanare consueuerint, hæ autè vix præstantiori quàm iurisiurandi remedio decidi placariue queant: congruum SS. LL. Compilatores reputarunt, vt posthabita quacunque alia, Disputationem de Iureiurando, propter fidei & Credulitatis experientiam, aggrediamur. *Bald. ad l. 2. ff. hoc tit.*

CONCLUSIO PRIMA

**I**urandū ex eo nomen habet, quod sit pro iure introductum, vt id quod ex causa honesta ac necessaria sub inuocatione diuini testimonij dicitur pro vero habeatur, Græcis dicitur ἑρκυς, quasi ἑρκος, firmū extra quod non est procedendum. *Leff. lib. 2. cap. 12. de Inst. & Iur.*

2. Definitor affirmatio seu negatio attestatone Dei tanquam veritatis infallibilis tacitè seu expressè firmata.

3. Vnde inferendum, veterum illas superstitiones, per aquam Stygis, Iouem, lapidem, per viros quos credebant optimos, &c. nullatenus iuramenti loco censendas *Schonborn. polit. lib. 2. c. 21.*

4. Nec hæc iurandi formulas, per fidem meam. Fide ingenui viri, fide boni religiosi, in quibus nec tacitè nec expressè **D E V S** in Testem citatur. *Sotus lib. 8. q. 1. art. 1.*

5. Secus per fidem Christianam *bey seiner Christlicher Trewen Treuw. th. 1. li. 2.* Quia, tum fides Catholica in qua Deus vt veritas ineffabilis relucet in testimonium citatur. *Couar. loc. cit. §. 2. n. 2. p. 1. c. 32. in de yur.*

6. Sic quoque per Creaturam iurare non est malum, modo intentio iurantis est Deum, quatenus in ea relucet: afferre in testem *Contz. polit. lib. 7. §. 6.* non verò creaturam secundum se *Ioann. de Seluap. 1. sum. 4.*

7. Ita non illicitè iurabat Ioseph, per salutem Pharaonis. *Genes. 42.* Moyse per coelum & terram. *Deut. 4. & 30.* Iudæi per templum *Matth. 23.* Christiani per genium Principis, *l. 13. ff. h. t. & salutem Imperatorum Tertul. Apol. c. 33.* Quod hodie tamè à Francorum Regibus prohibitum. *Contz. d. loc.*

8. Eadem ratione subnixi iurant Christiani per Spiritum sanctum, per



gloriosam Dei Genitricem. *Nouell. 8. tit. 3.* per Sanctos Angelos & Beatos in celo regnantes, iuxta illud Apostoli: Testor coram Deo & electis Angelis. *Timoth. 5. Regin. Valer. lib. 17. c. 1. h. t. in praxi foripœn.*

9. Item per tacturam S. Euangelij, quæ forma iurandi per Principum constitutiones, & longam consuetudinem recepta in terris imperij obseruatur d. *Nouell. 8. Ord. Cam. p. 1. t. 8. in verba ein Eyd zu Gott vund auff das heilig Euangelium* cui concordat *l. 14. §. 1. C. de iudicys, Ord. cur. Monast. part. 2. tit. 10. Reform. 1. l. c. 23.*

10. Et hoc vulgò nominari solet iuramentum solenne vel corporale ad distinctionem iuramenti simplicis, quod non fit supra rem aliquam sacram sed nudis signis aut verbis æquipollentibus *Lesf. lib. 2. cap. 42. dub. 2 n. 31.* vti ex parte ostendunt illustrium Personarum promissiones ac priuilegiatæ iurandi formulæ *Gail. 1. obs. 10. bey Gräßlichen Ehren vñ trewen Coll. p. 1. c. 1. n. 24. bey vnsern Königlichen Würden vnd worten Ord. Regiminis Augustæ anno 1500. promulgata, Rubrica, verbindüg der Königl. Mayst. Bey dē wort der wahrheit cap. iuramenti caus. 22. q. 2. quas omnes iuramenti vim habere iudicio Cameræ receptum est *Gail. 2. obseru. 59. Mynsing. 1. obs. 17.* nam tantum operatur bona fides in Personis illustribus, quantū in alijs solenne ac corporale iuramentum *Hunn. th. 1. h. t.* quamuis quoad pœnam periurij differre à vero & corporali iuramento verius statuatur *Treutl. th. 2. h. t.**

11. Constat quoque per falsam Religionem iurari posse modo hæc ipsa in ciuitate toleretur *Costal. ad l. 5. ff. h. t. n. 15.*

12. Ita videmus in terris imperij admitti iuramenta Iudæorum quæ fiunt per thora, per legē Moyfis. *Specul. h. t. §. restat. VVurmbf. tit. 10. obs. 6. Ord. Cam. p. 1. t. 86.* secus in Sarracenis, quorum iuramenta non admittuntur iuxta *Costal. d. l. 5.*

13. Hæc prænijs diuiditur iuramentum generaliter, in iudiciale & extraiudiciale *Ioann. de Selua. p. 2. sum. 1.*

14. Iuramentum iudiciale, aliàs exigitur ad præparationem vel cognitionem iudiciorum rectè exercendam, ne quid per fraudes eorum, qui in iudicio versantur incidat, quod veritatem euertat *Oldendorp. clas. 1. act. 9.*

15. Cuius generis sunt iuramentum Calumniæ, & Malitiæ, iuramentum dandorum & respondendorum. Testimonij & veritatis *Ord. Cam. p. 1. tit. 69. ac seqq. Ord. cur. Monast. p. 2. tit. 10. Hart. l. 2. tit. 9.*

16. Aliàs denique exigitur ad decisionem litis *Oldendorp. d. l. vnde & litis* decisorium dicitur, quod finem controuersiæ imponat, & contentiosam litigantium instantiam sapenmerò compescat *l. 1. C. de iurament. calumn.* hinc Graecis definitur ὁ βρω. ὁ δὲ ἰν ὁ μολογία ἡ στασιμὴ τῆ πρὸ. ἡ δὲ λυφως θῆα.

17. Huiusmodi species dicuntur, iuramentum iudiciale, necessarium, in litem, & purgationis, de quibus omnibus ordine tractabimus.

18. Cum autem nusquam longius oporteat abesse calumniarum technas quam in sacrosancta iustitiæ officina *Oldend. clas. 1. act. 10.* non immerito exordi-



ordinur, à iuramento calumniæ, quod in primordio litis pars vtraque de  
causæ bonitate præstat *l. 2. C. h. t. Ord. Cam. p. 1. tit. 65.* verb. *daß ihr glaube eine  
gute sache zuhaben.*

19. Et hoc aded substantiale est iudicij, vt expressè per partes omiffum  
vitiet totum processum *l. 2. §. sed quia veremur. C. h. t. secus si tacite, cap. 1. in 6  
de iur. calumn. in quo tamen Ord. cur. Monast. derogat iuri communi p. 2. tit. 9  
in fin. princ.* vbi legitur. Etiam si non sit petitum tale iuramentum à partibus  
post litem contestatam, præstandú tamen esse, & sic tacite omitti non posse.

20. Veteri ff. & C. iure, speciale in singulis iudicij partibus exigebatur  
iuramentum *l. 1. C. h. t. Maran d. l. n. 3.* Quod idem in Camera. *Ord. Cam. part.  
3. tit. 13. S. Dergleichen /c.* & iure Canonico. *cap. 1. in 6. de iur. calumn.* adhuc ob-  
seruatum videmus.

21. Iure tamen nouo Authenticorum sufficit iuramentum generale, quod  
semel præstitum, nach befestigung des Urteges Reform. *Iul. cap. 22.* vel per ipsos  
Principales, vel speciale mandatum ad id habentes, *c. 3. in 6. de iur. Cal. ex-  
tendit suas vires,* ad omnes illius instantiæ articulos. *Sichard. ad Authent.  
hoc sacrament. C. h. t. n. 25.* & hoc verum quo ad causam principalem. *Gail.  
1. obser. 74. n. 12.*

22. Secus tamen si super exceptionibus ante litem contestatam inciden-  
tibus de calumnia iuratum fuerit *Sichard. ad Rubr. n. 12. C. h. t. Hart. tit. 10  
obs. 1.* in quibus plerumque iuramentum malitiæ locum sibi vendicat, quod  
ad differentiam iur. Calum. in quacûque litis parte, & quoties iudici visum  
fuerit, exigi, & exactum præstari debet *cap. 2. §. fin. in 6. de iur. calum. Ord. C.  
Monast. p. 2. tit. 9.* cui in totum derogat. *reformat Iud. sen. Colon. h. t.* dum per  
identitatem, iuramentum calumniæ & malitiæ confundit, in verb. *vnd ist  
gleich dem Eyd der böshheit*

23. Cæterum dubitari possêt propter textum legis *1. C. h. t.* generaliter  
loquentem, in omnibus causis de calumnia iurandum esse, an ob eandem  
generalitatem, includantur causæ Spirituales, Criminales, Feudales,

24. In Spiritualibus certum est antiquitus, iuratum fuisse non de calum-  
nia, sed veritate *cap. 2. X. de iur. calum.* hodie tamen per Pontificem Bonifa-  
cium Octauum hoc est mutatum, & iurant Clerici, tam de veritate dicenda,  
quàm calumnia euitanda *d. c. 1. in 6.* in criminalibus poenam sanguinis irro-  
gantibus, Affirm. *Treutl. th. 4. h. t. Nos arg. l. 1. ff. qui mortem sibi ante senten-  
tiam, &c.* Negamus, nam in his Reo permiffum est, sanguinem suum quali-  
tercunque redimere, secus autem in Actore, qui de veritate dicenda iurabit  
*c. 18. X. de accusat. Salicet d. l. 1. C. h. t.* vel vinculum inscriptionis arripet, quo  
de iure communi, si falsò accusauerit, ad similitudinem supplicij *l. 17. C. de  
accus.* de Iure Sax. ad poenâ arbitrariam *Landrecht lib. 2. art. 8.* obligabitur.

25. Ità nec in feudalibus de Calumnia iuratur inter Dom. & Vassallum.  
*cap. vnico §. in quibus. de consuetudine recti feudi.* quia præstito iuramento fi-  
delitatis Vassallus non tenetur amplius iurare *VVurmbf. tit. 14. obs. 7. Hart.  
lib. 2. t. 54. obs. 45.*



26. Poena, non iurantis de calumnia, infertur per sententiam iudicis declaratoriam. *Bald. l. 2. §. Quod si Actor. n. 5. C. de iura. calumn. Gail. 1. obs. 85. n. 1.*

27. Et hæc respectu Actoris litis periculum causat, vt tanquam improbus Litigator cadat ab instituta actione, respectu rei debiti confessionem, vt tanquam confessus, Actori iuxta rei qualitatem condemnetur *c. fin. X. de iur. calum. l. 2. §. 7. C. h. t. Ord. cur. Monast. §. vmd ob sich der Kläger des Wths weigeret so ist er damit von seiner Klage abgefallen.* Et sic consequenter de Reo.

28. Præstito iuramento calumniæ, recto ordine recipiuntur positiones super causa principali *Dambou. in prax. ciuil. c. 152. n. 1.* quas actor vel per se, vel per alium speciale ad id mandatum habentem *Ord. cur. Monast. part. 2. tit. 13.* iuris sui tuendi gratia, medio iuramento, quod Practici vocant dandorum exhibet *c. 2. in 6. de testib.* hoc prætextu, vt, si Reus, iisdem affirmatiuè, per verbum Credo, & iuramentum, quod vocant respondentorum, categoricè respondeat, releuetur ab onere probandi *Gail. 1. obs. 79.* qui finis est positionum *l. 23. §. fin. ff. ad L. Aquil.* dum enim respondet se credere, confessio illa operatur vt sit superuacuum aliquid probare, nec est quicquã probandum quod probatum non releuat *l. 22. C. de probat.*

29. Sin Reus articulis positionalibus respondere recuset, hoc ipso in contumaciam non respondentis habentur pro confessatis *l. 1. & 3. ff. de confess. Ord. cur. Monast. tit. 13. part. 2. in verb. ohn fernere erkantnuß vor bekandt geacheet,* & hoc iuxta distinct. quam tradit *Gail. 1. obs. 80. n. 2.* quæ probatur in *Ord. Cam. part. 3. tit. 15. §. 6.*

30. Hæc poena etiam locum habet in causis purgationum fractæ pacis *Ord. Cam. part. 2. tit. 10. §. wurde sich/re.* vbi similiter articuli Actoris purgatorij, in contumaciam citati non comparentis pro confessis acceptantur, licet in criminalibus & causis fractæ pacis vbi criminaliter ad pœnam banni agitur, contrarium verius defenditur, *Gail. 1. de pac. publ. cap. 15. n. 3.*

31. Sin Reus positionibus Actoris negatiuè responderit, tenetur ponens per eundem negata, legitimis probationibus probare *Gail. d. obs. 79. n. 3.* inter quarum species dignior & efficacior dicitur illa, quæ fit per testes *cap. 10. X. de fide instrum.* quorum tota iuramentum, ac depositionis substantia consistit in iuramento veritatis, quo iurant interrogati ad articulos probatorios veritatem se dicturos *cap. 5. X. de testib. Marant. p. 6. de testibus produc.* & dicitur specificè iuramentum testimonij, quod veritatis dicendæ causa, à testibus exigitur *Treutl. th. 5. h. t.*

32. Hinc testis de credulitate nihil probat. *Iason. in Rubr. de iure iurando* nisi cõtra producentem deponat quia tunc plenè probat contra eum, ex quo ab eo approbatur *Marant. d. l. n. 17.*

33. Nec iniurato eidem credendum *l. 9. l. 19. C. de testibus.* quantumuis Religioso, in præiudicium alterius *Gail. 1. obs. 101.* nisi partium voluntate iuramentum eidem remissum fuerit, vel contraria consuetudine introductum, vt fides testi iniurato adhibeatur, vti videmus in regno Bohemiæ, Archiducatu Austriæ



Austris, & cæteris locis, vbi singulari consuetudine, & longa obseruatione receptum, vt Personis illustribus, & vitæ integritate perspicuis, plenè & iniuratis credatur *Gail.d. obseruat. 101. n. 13.* nam cessat subornationis & fraudis suspicio.

34. Progrediendum ad iuramentum litis decisorium, cuius prima species iuramentum iudiciale, quod Dominus litis, aut qui liberam rerum suarum administrationem, & legitimam Personam Standi in iudicio habet, Reo, de causæ controuersia, defert, *Paul. l. 17. §. 35. ff. h. t.* præstito prius calumniæ iuramento, quod Parentibus & Patronis remittitur *l. 34. §. 4. l. 16. ff. h. t.*

35. Rectè igitur pupilli, sine tutoris autoritate, & prodigi, furiosi, mente capti, sine Curatoris consensu *l. 5. ff. de R. I. §. furiosi* propter Personarum inhabilitatem, ab hoc iuramento reijciuntur, *per tex. d. l. 17. §. 35.* Item seruus & filius familias *l. 7. C. de rebus creditis & iur.* nisi & peculij administrationem & Patris vel Domini consensum habeant *l. 20. §. 24. ff. h. t.*

36. Tutor, tamen, vel Curator, deficientibus alijs probationibus, rectè deferunt, item Syndici, Defensores Ciuitatis aut Municipij, si super hoc mandatum habeant *l. 34. §. 1. ff. h. t.* similiter Procurator, iuxta casus in *d. l. 17 §. 3. ff. h. t.* comprehensos, quod tamen nõ recipitur si negotium esset liquidum, & extra dubitationem, tum enim donaret, quòd in generale mandatum etiam cum libera non cadit *l. 28. §. 2. Costal. ad l. 17. ff. h. t.*

37. Delatum iniurandum, aut est referendum aut præstandum *Sichard. l. 12. §. sed iur. n. 6. C. h. t.* nisi legitimæ fuerint causæ, in quibus nec iurare, nec iuramentum referre cogimur *Costal. ad l. 38. ff. h. t.* vt cum defertur Actori plenè intentionem suam probare volenti *cap. 2. X. de probationib. Trcutl. ib. 9. h. t.* vel reo qui tempore tutus est *l. 14. §. 3. C. de non num. pecunia.*

38. Dato vel remisso iuramento Reus acquirit sibi exceptionem Actor actionē in factum iuratoriā *l. 9. §. 1. ff. h. t.* vel si conformiter ex causa quæ habet nominatam formam contractus aut delicti iurauerit, actionem ex contractu veterem *Oldendorp. class. 1. act. 9.* quæ si iuxta qualitatem contractus, fuerit temporalis, vi & virtute iuramenti efficietur perpetua *d. l. 9. §. 3.* quod idem in voluntario extraiudiciali iuramento dicendum *Oldend. d. l. de quo nos latius in materia extraiudiciali tractabimus.*

39. Effectus huius iuramenti sunt varij, ita vt si autoritatem eius intuemur, habet se instar rei iudicatæ *l. 2. ff. h. t.* sin conuentionem deferentium mutuoque referentium, instar transactionis, nouationis, delegationis, solutionis *l. 26. §. 2. l. 27. ff. h. t.*

40. Quare lis iudiciali iuramento decisa sicut nec transactio *l. 19. C. de transf. respectu instrumentorū denuo reperorum restaurari non potest l. 3. ff. h. t.* ne repetita lite, finis negotij, alterius causæ fiat principium *l. 11. C. de iure iur. & reb. cred. nec prætextu periurij, nisi in casibus à lege definitis l. 1. Cod. de reb. cred. & iure iur. retractari Sich. ad l. 1. C. de reb. cred. & iur. n. 2.*

41. Itaque ab hac regula exceptio est notabilis, vt locum nec habeat in  
ca usa



causa vltimæ voluntatis, falso iuramento decisa, nam prolato testamento si appareat legatario aut fideicommissario legatum, vel fideicommissum non fuisse debitum, potest id heres repetere *leg. final. C. de reb. credit. & iurand.*

42. Extenditur quoque prædicta Regula, vt non modo causa prætextu periurij retrahatur, sed etiam peierans ob periurium legibus puniri nequeat si calore quodam per Deum, vel Principem peierauerit *l. 2. C. h. t. Iurifurandi contempta religio satis Deum vltorem habet.*

43. Secus tamen si consulto per eosdem peieret; vel mala mente, tum enim punietur vel fustibus *l. 13. ff. h. t. §. fin.* vel turpitudine infamix. *l. 41. C. de transactione* vel alia extraordinaria poena, vt linguæ abscissione *Harmen. lib. 1. tit. 7.* aut duorum digitorum *ord. Imp. Deintliche Halsgerichtsordnung cap. 107. & 108. in verba. Soll auch darzu aller Ehren entsetzt sein/ur. die zweien finger damit er geschworen/abzuhaben.*

44. Vnde vsitatum vt in iureiurando duos digitos, puta indicem & medium erigere cogantur quo poena admoneantur *Schneid. n. 11. tit. 16. lib. 4. de poen. temer. litigant.*

45. Iuramentum necessarium in genere definitur, quod Iudex auctoritate publica, legis sanctione, vel Magistratus aut iudicis imperio agente, alteri litigantium defert.

46. Quod subdiuiditur in iuramentum suppletorium, iuramentum in litem, & purgationis.

47. Iuramentum suppletorium dicitur, quod iudex iurisdictionem habens, causa cognita Actori, vel Reo, in supplementum probationis defert in causis dubijs *l. 3. C. de iureiuran. cap. final. X. eod. VVurmbs. tit. 2. lib. 9. obs. 9.*

48. Et locum habet in causa ciuili, non tamen magna, inspecta qualitate Personarum, & consuetudine Regionis, non in famosa, in qua etiam propter presumptionem potentem, non defertur iuramentum suppletorium, per *text. cum gloss. in cap. fin. X. de iureiur.* nec criminali criminaliter intentata *Cestul. ad l. 3. ff. h. t. Gail. 1. obs. 108. n. 11. & lib. 1. de pace publ. c. 8. n. 13.* in his enim requiruntur plene, & luce meridiana clariores probationes *l. 25. C. de probat.* nec matrimoniali, cum causa sit grauis, vt notat *Ioan. de Selua p. 3. sum. 2. n. 1.* hinc mulier petens sibi aliquem virum in maritum, si non probet plene matrimonium, vir absoluitur, nec deferendum in defectum probationis iuramentum suppletorium, quantumcunque Persona fuerit honesta, cum agatur de Statu hominis, & per hoc seruitus in ipso constituatur *Ioan. de Selua d. loc.* neque deferri potest eo casu, cum ab vtraque parte æque multum est probatum *Treutl. th. 10. lit. C. h. t.*

49. Vel vbi notorium probari debet *Bald. ad l. 32. ff. de legibus.* & statutum vel lex aut iuris dispositio, legitimas probationes requirit *Lanfranc. ad d. l. 3. ff. h. t. n. 55.* Iuramentum enim non est probatio legitima, sed priuilegiata, *instr. th. 52.* quæ probationibus factis per vnicum testem irrefutabilem

*l. 14.*



*l. 14. ff. de dot. preleg.* per scripturam priuatam (vt Apocham Antapocham, ein Neuerß oder gegenbetantinus, *Schard. in lexic. ad lit. A.* librum rationarium) *Sichard. l. 3. C. h. t. n. 22.* per famam publicam ex viris honestis procedentem, & ceteris semiplenis adiuncta, plenam probationem constituit *Damhoud. in prax. ciuil. cap. 180.*

50. Sed vtrum iudex hoc iusiurandum ex officio suo parti imponere possit etiamsi petium non sit, controuertitur, & posse hoc iudicem affirmamus, etiamsi in secunda infantia, in causa iusta *Salicet. ad l. in bona fidei C. de reb. credit. Gail. obs. 108. n. 2. & 3. Mynsing. cent. 3. obs. 12.* imo post conclusionem causæ *Salicet ad l. 3. Bald. ad l. 1. ff. h. t. Gail. d. loc.*

51. Porro sin Iudex malè arbitretur in delatione huius iuramenti, quia cum debet deferre Actori defert Reo, vel è contra, vtrum possit appellari? *Baldus tenet quod sic & Bart. in l. si qua pœna ff. de V. S. distinguit Lanfranc. ad d. l. 31. n. 17* si causa læsionis in appellatione fuerit expressa procedit appellatio, sin minus non admittitur, cui & nos adstipulamur.

52. Sententia quoque ex eodem iuramento prolata propter nouiter recepta instrumenta, vel testes *l. 1. ff. de fid. instrum.* retractari potest iuxta *Coff. ad l. 31. ff. h. t. Sichar. ad l. 1. n. 5. C. de reb. cred.* Rationem consequentiæ ponimus illam, quia sententia prolata ex iuramento necessario non transit in rem iudicatam Rationem rationis, cum non ex proprijs sed improprijs & priuilegiatis profertur probationibus *iuxta allegat. Costal. supra, & Lanfranc. ad l. cit. admonendi. n. 15.*

53. Sed vtrum ista retractatio iuxta legem supra allegatam 31. fiat petita restitutione in integrum, & sic intra quadriennium, an ipso iure? Cuius posterioris quæstionis affirmatiuam tuebimur cum *Fachin. lib. 10. cap. 28.* cum Principum constitutionibus, quæ legis vigorem habent *l. 1. ff. de Princip. const.* permittatur, & sic iure ordinario, quare non recurrendum ad beneficium Prætoris *l. 16. ff. de minorib. contrarium tenet Treutl. th. 10. lit. D. h. t.*

54. Iuramentum in litem describitur id quod ob difficultatem probationis concurrente dolo ac contumacia Rei conuenti *l. 2. ff. de in lit. iur.* Actori à Iudice *l. 4. §. 1. ff. eod.* defertur, ad rem de qua litigatur æstimandam, *l. 1. in fin. ff. de in lit. iurand.*

55. Estque simplex quod vel communem rei æstimationem vel singularem aliquam utilitatem continet *Coraf. lib. 6. Miscell. cap. 1.* nulla affectionis artenta ratione *l. fin. ff. de operis seruor.* ne pretia rerum, dum fungi communiter debeant, ex affectu singulorū æstimentur. *Paul. l. si seruum ff. ad L. Aquil. contra Treutl. th. 11. h. t.*

56. Iurare in litem nemo debet nisi qui verus vel quasi eiusdem est Dominus *Vlpian. l. 7. ff. de iur. in litem.*

57. Hinc etiam iuramentum in litem locum sibi vendicat in iudicijs bonæ fidei, de quibus tractat §. 18. *inst. de action. mixtis,* & actionibus ad exhibendum *l. 3. §. 2. ff. ad exhibend.* & rem vindicandam, vt in rei vindicatione



86. ff. de rei vind. Hypothecaria l. 83. ff. de pignor. & hypoth. Publiciana l. 7. §. 8. ff. de publician. & cæteris in rem actionibus. Nam hæ in certam rem diriguntur, in qua supponit agens se dominium aut ius in re habere, quo priuatus propter dolum & contumaciam non restituentis rectè iussu Iudicis in litem de intrinseco vel extrinseco interesse iurabit *Coras. Miscell. cap. 4. lib. 6.*

58. Secus in actionibus merè Personalibus, vbi nullum ius principaliter in re deducitur, sed persona tantum contenditur obligata l. 8. §. fin. ff. de contrahend. nuptijs. ex dolo defuncti contra hæredem non iuratur, nisi lite cum defuncto contestata l. 4. §. C. hic.

59. Sed vtrum aduersus depositarium negantem depositum, vel rem deteriorem, aut non iusto tempore restituentem, iuretur in litem? Affirmamus *arg. l. 1. §. 26. l. eum apud quem ff. depositi. Vincent. Caroc. p. 1. Rubr. de in lit. iurand. tract. de deposito n. 1. 4. 53.*

60. Quod idem statuendum, si rem depositam alienauerit, quo casu committet furtum l. 1. ff. depositi. propter quod in litem iuratur. *Paris. cons. 109. coll. 3. n. 1. vol. 3. Caroc. d. lib. n. 5.* quauis rem alienatã postea redemerit adhuc tamen dicitur in dolo esse & tenetur de interitu, periculo, ac casu fortuito, ex quo per alienationem, dolum semel commisit. §. si rem d. l. 1.

61. Sic quoque cum Fardellum, aut valisã à Caupone restituitur dissigillata, & deponens probat valisã traditam fuisse sigillatam, locus erit iuramento in litem, quoniam dolus ex dissigillatione præsumitur *Paris. consil. 74. n. 6. 11. & 16. l. 1. Plotus de in litem iurando n. 62.* nisi qualitas facti aliud suadeat, puta si valisã de facili ex se dissigillari posset *l. 1. §. ff. de in lit. iurand.* & depositarius vir bonæ ac inculpatae vitæ esset *Vincent. Caroc. d. lib. n. 8.* Quod tamen in Cauponarijs, Nautis, Stabularijs, & Vsurarijs, Iudæis, & cæteris de iure suspectis non faciliè erit præsumendum, cum in iure reputentur fallaxgenus hominum, quod non obstante legum prohibitione anhelat ad fraudes & extorsiones. *arg. l. 1. §. 1. ff. Nauta Caupon. Stabular. Caroc. d. lib. & n.*

62. Vnde non immerito *Baldus ad d. l. 1.* dicit, quod arguendo à communiter accidentibus, homines sint fallaces.

63. Subsequitur iuramentum purgationis, quod Iudex parti super crimine seu delicto defert, infamia præcedente *Ioann. de Selua part. 1. vt innocentiam suam contestetur & conscientiam suam exoneret. Auth. nou. iure. C. de pœna Iudic. male iudic.*

94. Hoc iusiurandum in causis ciuilibus regulariter locum non habet, nisi iusta & probabili præexistente ratione. *Beuff. in tract. de iurei. n. 195.* sed maximè in criminalibus *Iul. Clarus in quest. criminal. quest. 63. n. 4.*

65. Hinc iuxta constitutiones Imperatorum Caroli V. anno 1522. & Maximiliani primi anno 195. V Vornatiæ promulgatas, suspecti de crimine fractę pacis citari solent, sub publica securitatis tessera ad præstandum iuramentum



tum purgationis super crimine infinuato *Ord. Cam. p. 2. f. 10. in verb. Persöhnlich mit dem Eyd zupurgieren. Gail. l. b. 2. de pac. publ. cap. 7.*

65. De iure Canonico Episcopi infamati purgabunt se iuramento & duodecim compurgatoribus, aut Sacramentalibus, Sacerdotes cum sex, Diaconi cum tribus, *Goffred. Tranens. X. ad tit. de purgat. Canonic. n. 3.* qui numerus per ordinationem Cameræ hodie sublatus dicitur arbitrarius. *Ord. cam. p. 2. tit. 10. Hest. in summ. de purg. Canon. & Goff. Tranens. d. loc. modo infamati præsent iuramentum veritatis, & Compurgatores credulitatis. cap. 5. X. de purg. Canon.*

67. Purgatio, quam vocant vulgarem, non tam diuina, quam civili lege improbat. cum per eam diuina tentetur maiestas *cap. 3. X. de purg. vulg.* & innocentes plerumque condemnentur. *cap. 2. X. eod. nec vlla legum aut Canonum autoritate fundata est d. cap. 3. sed à vulgo inuenta, & Diabolo fabricante introducta, intendit probare innocentiam, seu culpam hominis per experimentum non secundum naturam, sed superstitiosum. Binsfeld. de confess. malef. fol. 315.*

68. Meritò igitur Imperator Constantinus Monomachiam improbauit dum attestatur in otio civili & domestica quiete cruenta spectacula sibi non placere. *l. vnic. C. de gladiatoribus.* & sacri Canones purgationem ferri candentis & igniti *tit. de purg. vulg. X.* similiter iudicium aquæ frigidæ *Couar. lib. 4. c. 23. Damhoud. c. 43. n. 1. in praxi criminali.*

69. Pro cuius dubij ratione imprims cognoscendum est apud quosdam iudices (maximè in Francia, tempore S. Gregorij 2. q. 5. cap. 7. *Mennam.* & in Liuonia ætate Honorij III. *c. fin. X. de purg. vulg.* VVestphalia iuxta *Binsfeld. d. loc.*) in frequenti vsu fuisse, vt si quam præsumptam haberent maleficam, veritatem in tormentis fateri recusantem adducerent ad flumen, vel aquam frigidam, in quam, nudam crucis in modum manibus pedibusque ligatam demittebant, vt si supernataret in superficie aquæ suspecta maleficij haberetur; & iterum virtute huius indicij repetebantur tormenta: si submergeretur vt innocens absoluenda erat *Damhoud. in prax. crim. cap. 43.*

70. Dubium igitur postulat an ista per aquam frigidam *Θειμωσθη* Deum Authorè habeat, & conueniens sit indicium culpæ vel innocentiae, defendit affirm. *Guilielm. Adelph. Scribon. Marpurg. lib. 2. de Sagarum natur.* asserendo antipathiam quandam inesse aquis & leuitatem diabolicam Sagis, siquidem Diabolus tanquam Spiritus leuis & Rex aëris, corda earum & partes vniuersas, ita occupauit vt totus per totam illarum essentiam, essentiaque partes singulas essentialiter sit diffusus, vt dum pœnitentiam veram haud egerint, & omnino respuerint, non posse ab vlla corporis illarum parte abesse, quod non minus falsum esse, quam abominabile testantur Theologi. Alterum suæ defensionis argumentum est, aquam Sagas in se ferre nõ posse, quia Deus eandem prædestinauit salutari regenerationis lauacro, quo spreto, to-



ti Trinitati renuntiare Sagæ, sed hæc non sunt edicta Prætoria.

71. Contrarium igitur tanquam verius defendunt *Treutl. th. 7. vol. 2. diff. 4. Binsfeld. de confess. maleficorum concl. 7. fol. 319. VVeierus Phil. lib. 6. de præfig. demon. cap. 7. causam quare non submergerentur Sagæ, si ita sit vt dicit Scribon. nõ referunt in leuitatem, cum nulla Dæmoni infit. Leuitas enim & grauitas sunt qualitates corporum ex elementis compositorum test. Didac. Masf. lib. 8. physic. q. 1. confirm. 3. sed in potentiam Dæmonum, qui enim celerrimè potest per aera, corpora ad remotissima loca (vt congregationes nocturnas) sua virtute differre, valet etiam sustentare ne submergantur. Eadem etiam ratione rejciunt fictam illam Antipathiam, nam talem tribuere aquæ effectum alia indiget confirmatione quam propria eius autoritate. *Erubescimus in his terminis sine lege loquentes. Nouell. 18. cap. 5. Quis enim aquam in Baptismo diceret talem, tantamque vim habere, nisi hoc expresso Christi testimonio probatum existeret. S. Augustin. tract. 80. in Ioannem.**

72. Rectius igitur cum iisdem, & *Bodino lib. 4. cap. 4. de Magor. Dæmonomania*, hoc aquæ frigidæ iudicium tanquam opus quoque diabolicum, & pactum implicitum cum ipso, refutamus. Siquidem in aqua frigida (cum naturalis sit actionis) æquè boni atque mali submergerentur, nisi ad miracula, quæ Deus suo arbitrio referuauit, recurrere velimus. *Bodin. & Binsfeld. d. 106.*

73. Vnde communi Dd. opinione confessio virtute talis præsumpti indicij, postea in tormentis extorta nullius roboris ac momenti censetur. *Barr. ad l. vlt. ff. de quæst. nec sententia de iure valida. Iul. Clar. lib. 5. §. final. q. 55. nam confessio quam nullum indicium legitimum præcedit, etiam si in tormentis facta sit, & Reus in ea perseueret, ipso iure nulla est Angel. ab Aret. in tract. de maleficijs vers. quinto quæro. ergo & sententia quæ inde virtutem sumit. Binsfeld. concl. 7. dub. 1.*

74. Hæc sunt quæ de materia iuramenti iudicialis proponere constitui-  
mus, restat igitur agendum de iuramento quod extra iudicium à partibus suscipitur cuius variæ traduntur species, inter quas præcipuæ enumerantur, iuramentum voluntarium: confirmatorium contractus, iuramentum promissorium, fidelitatis & temerarium.

75. Iuramentum voluntarium seu iuramentum conventionale dicitur, quod litigantes, per modum transactionis extra iudicium ad decidendam rei contro-  
uersiam, sibi inuicem deferunt *l. 17. ff. de iureiur. Corset. euidet. 5. n. 11.*

76. Hoc ad differentiam iuramenti iudicialis deferenti referri nequit. *d. l. 17.* quamuis propter identitatem rationis, eadem detur actio, quæ datur in iuramento iudiciali, si Actor, Reo deferente, iurauerit, vt diximus *supra th. 38.*

77. Verum quæstionis esse posset, quænam sit illa actio (in qua sanè Dd. plurimum altercantur) an vetus vel noua? Ad quam quæstionem ita respondendū arbitramur, Ex iureiurando non oriri nouā iure ciuili actionē, sed veterem



terem competere, siue in iudicio, siue extra, iusiurandum Reo deferente, iurauerit Actor, l. 13. §. si quis iurauerit. ff. de iureiurando. Diff. Treutl. th. 8. lit. D. h. t. Quod tamen non procedit si sententia Iudicis condemnatoria iusiurandum secuta sit, tunc enim Actor ad similitudinem iudicati, in factum actio, quæ alias utilis dicitur l. 11. §. 3. l. 13. §. 1. ff. de iureiurand. l. 8. C. eod. competit, 78. Ad similitudinem iuramenti iudicialis, litem omnino decidit, ideoque detecto periurio, alijsque repertis instrumentis, controuersia eo sopita non resuscitatur l. 1. C. de reb. cred. vt nec alia queuis, transactione decisa l. 19. C. de transaction. quod enim iuris autoritate factum est, præualet veritati naturæ Vult. Iurisprud. Rom. lib. 2. cap. 2.

79. De iuramento confirmatorio, seu solidariuo contractus, tractat Imperator Fridericus in auth. sacrament. pub. C. si aduersus vend. qua multorum animas in infernum detrusas affirmant ibid. Dd. Cyn. Sic hard. & cat. eo quod minoribus perniciem causet, dum isti indubitate iurant, contractus suos tanquam maiores irrenocabiliter seruare coguntur.

80. An igitur saniore iure, puberes aduersus contractus iuramento suo corroboratos gaudebant restitutionis beneficio: Plurimum hanc Quæstion. inter se Dd. disceptant, propter diuersa eaque difficilia ICtorum responsa. Nos tamen negatiuam cum temperamento cap. 6. in 6. de pñctis & cap. 28. X. de iureiurand. tuebimur, ac hoc iuxta Canon. quibus maxime in materia iuramenti standum Dec. conf. 432. n. 19.

81. Potentissimus ac maximus iurisiurandi effectus est, quod promissiones eo firmatæ omnimodo custodiendæ sunt, cum minime tutum censeatur venire contra iuramentum suum, nisi in præiudicium proximi redundet, vel dispendium animæ salutis vergat cap. 8. X. de iureiur.

82. Ideoque crebriori calculo receptum, fidem etiam hosti seruandam esse cap. 3. caus. 23. q. 1. l. 21. C. de pact. cuius euidentis nobis exhibet testimonium Imperator Carolus V. dum inquit rerum promissarum fidem, licet toto mundo exularet, apud se tamen firmiter consistere oportere Ioan. Panthaleon de vir. illust. vol. 3 fol. 1053. nam simplicibus virorum illustrium verbis maior debet esse fides, quam aliorum iuratis Carol. Scriban. cap. 15. in institut. politico-Christiano.

83. Ast elegans & quotidiana exoritur Quæstio, vtrum tantæ sit efficacia iusiurandum hoc confirmatorium, vt contractibus de iure inualidis, vel alijs actibus per se infirmis, vim atque robur adijciat. Cuius quæstion. negatiuam defendit Treutl. per text. l. 5. C. de legibus l. 7. §. 16. ff. de pactis l. 12. ff. de legat. 1. §. 4. cap. 12. X. de for. competent. & c. in th. 7. h. t. Nos tamen, cum contractuum inualidorum multæ sint species, distinguendum censemus inter contractus perpetuè à lege prohibitos, vti sunt qui contrariantur bonis moribus iuris naturalis & Canonici: item qui vergunt principaliter in publicæ utilitatis præiudicium, quos nos quoque virtute iuramenti corroborari posse ne-



se negamus. Et inter illos qui lege quidem ciuili, sed in priuatorum solummodo commodum contrahentium prohibentur, huiusmodi de iure Canonum iuramento confirmari posse affirmamus *sum Sichard. ad auth. sacramenta pub. C. si aduersus venditionem.*

84. Ex quo posteriori distinctionis membro clarè patet, donationes inter coniuges, alias de iure ciuili *per l. 2. & 3. ff. de donat. inter vir. & vxor.* prohibitas. Similiter alienationem fundi dotalis, eodem iure iuxta *l. 1. 2. & 3. ff. de alienat. fund. dotalis* improbatam, accedente vinculo iuramenti corroborari posse *cap. 6. in 6. de pactis. & Couar. ibid.*

85. Sic quoque pactum de non facienda diuisione *Treutl. sb. 14. disp. 19. lit. G. vol. 1.* pactum de non succedendo *l. 3. C. de collation. bonorum* quo filia pollicetur se dote accepta nullum ad bona paterna regressum habituram, ciuili auctoritate improbat *d. l. 3.* Sacramenti tamen virtute accedente firmatur, & seruandum est, *d. c. 28. X. de iureiur. cap. 6. in 6. de pactis.*

86. Nec amplius taliter renuncians ad legitimam post obitum Parentis erit admittenda *Couar. p. 3. §. 16. n. 3* nisi probauerit læsionem enormissimam quo casu propter dolum restituetur in integrum *Gail. 2. obs. 147.* liberis tamen eius minimè hoc pactum præiudicat, qui, nisi contrarium consuetudine sit receptum, nihilominus ad Aui successiōem cum Auunculis admittuntur. *Treutl. disp. 6. th. 8. p. 1. Mayant. disp. 10.*

87. Iuramentum promissorium est illud, quo intendimus nos alteri obstringere, ad aliquid faciendum vel dicendum *Les. lib. 2. cap. 42. de Iust. & iur. n. 5. dubitat. 2.*

88. Huius autem iuramenti promissorij, & confirmatorij contractus, non maior est vis inducendæ actionis quam nudi pacti *Cuiac. 22. obs. 7.* nisi fiat in Liberto operas suas Patrono promittente *Costal. ad. l. 1. ff. de iureiur. l. 7. §. 2. ff. de oper. Libertor.*

89. Iure tamen Canonico ex iuramēto promissorio oriri actionem multi affirmant Canonistæ, verius tamen iuxta *Pontif. in cap. 3. in 6. de for. competent.* contrarium defendemus, cum via denunciationis Euangelicæ, ac censure ecclesiastica, ad promissis satisfaciendum compellendi sint promissores *Corf. euidential. u. n. 1. Fachin. lib. 3. cap. 12.* ita nec eodem iure, ex pacto nascitur actio, *Treutl. vol. 1. disp. 6. th. 9.* nam frustra ad officium Iudicis *cap. 2. de offic. Iudic. & excommunicationem Corfet. d. loc.* tanquam remedia extraordinaria recurreretur, si daretur actio, seu remedium ordinarium *l. 16. ff. de minor. bus.*

90. Tertia iuramenti extraiudicialis species dicitur iuramentum fidelitatis, quod tripliciter subdiuiditur iuxta *Mozzium in tract. de substant. feudor. num. 11.*

91. Velenim inquit quis iurat fidelitatem superiori, ratione incolatus tanquam subditus, & loci incolæ, ac habitator, intuitu vniuersalis territorij, & subiectionis, *die Erb. vnd Landhuldigungs Pflicht,* de quo iuramento loqui-



quitur *textus in c. 1. qualiter vasallus iurare debeat fidelitatem. Vult. conf. 35. resolut. c. 2. n. 28. in respons. Marpurg.* nam licet nihil teneat ab ipso Domino in feudum, tamen quia in suo habitat territorio, fidelitatis iuramentum præstabit, *d. cap. 1. quemadmodum & illi, qui tenent prædia in territorio, seu Iurisdictione alicuius Domini, quamvis ibidem non habitent, Andr. de Ifern. & Aluar. ad d. cap. 1. nec quicquam in contrarium operatur opinio Canonistarum in cap. 3. extra de iureiur.* dicentium non ex hoc quod aliquis possideat bona in prouincia, vel regno alicuius Domini præstabit iuramentum fidelitatis, cum talis res nec feudalis est, nec præsumi potest, *cap. quanquam in 6. de censibus.* quæ ratio non subsistit, cum hoc iuramentum fidelitatis non detur quoad proprietatem, dominiumue rerum, sed quoad iurisdictionem. *Ioan. Thom. de Marinis in tract. de feudor. quali. tit. 15. n. 11.*

92. Quamuis tamen in multis locis vsu, receptum videmus, vt possidentes, in aliena iurisdictione bonæ, teneantur præstare collectas, seu alia onera soluere, omisso fidelitatis iuramento, *Ioan. Thom. de Marin. d. loc.*

93. Vel enim iurant fidelitatem ratione familiaritatis seu domesticitatis, vt Camerarij, Secretarij, Pincernæ, Dapiferi, *Gloss. ad d. cap. 1.* Hi quamuis nullum feudum recognoscant, tamen ratione officij, quod in Curia exercent ad fidelitatis iuramentum obligantur, quod German. *Dienstpflicht* dicitur solet iuxta *Vutlei. conf. 35. supra cit.*

94. Excipiuntur tamen ab hoc multæ Personæ, in quibus nulla datur suspicio; ita nec tenetur filius patri, quia censetur vna eademq; Persona, *l. fin. C. de impub. & c.* nec reciprocè Pater filio, quia magis censetur diligere filium quam semetipsum, *l. isti quidem. §. 3. ff. quod met. caus.*

95. Dicitur hoc quoque Sacramentum affecurationis, quod nedum tenentur præstare ij, qui in domo Domini vel Curia, aliquid habent officij, sed etiam illi, qui in Republica Monarchica funguntur officio consularij iuxta verba, *daß sie aufrichtig; & der Königlichen Mayestat rathen wolten. Constitut. Imper. Augusta. Anno 1500. Colonia Anno 1512. promulgata. tit. des Raths Endt;* vel in Aristocratica, vbi iurant Optimates, Consules, Potestates, Magistratus, respectiue de tributorum inculpabili exactione, *cap. 14. Nouell. 8. de hæresi extirpanda, & fide defendenda. Auth. statuimus. C. de Episcopat. audient. de iustitia & æquitate inter noxios & innoxios, seruanda d. Nouell. 8. tit. 3.* & sanè plerunq; adiunctam habet execrationem, si non seruauero, habeam partem cum lepra Giezi, Iuda, ac tremore Cain. *Contz. polit. lib. 7. cap. 29. §. 17.*

96. Quemadmodum familiares ratione publici officij, vel alterius cuiuscunque conditionis, iuramentum præstare ex iure tenentur, *Andr. de Ifern. colum. 1. vers. certum est enim.* Ita quoque Vasalli ratione feudi, vel eorum nomine Procuratores, Domino suo, eiusuè Procuratori, speciale ad hoc mātum habenti, fidelitatem vulgò, *Lebenspflicht* præstare debent, *Gædd. disp. 3. thes. 12.*



97. Et huiusmodi iuramenti præstatio potius censetur de natura quam substantia feudi. vnde si per conuentionem quandam *c. 1. tit. per quos fiat inuest.* vel errorem, omiſſa fuerit, nihilominus tacite inest feudo, & in eo venit omnis fidelitatis effectus *Aluarot. in d. e. 1. per quos. &c.*

98. Liberantur ab huiusmodi præstatione Infantes, Pupilli, Impuberes *Godde. d. th. 12.* item non exigitur quando feudum est exiguum respectu dantis & accipientis *arg. l. scio. ff. de integr. restitut. Ioan. Thoma de Marin. tit. 16. n. 6.* vel quando datur annuus census, quia tunc præsumitur contractus Emphyteuticus *Bald. ad l. 10. C. de oper. Libertor. nisi expressè in feudum concedatur, quia tum præter Canonem conuentum, regulabitur sub regula feudi Alex. cons. 9. vol. 5.*

99. Sed quæri posset: an Vasallus teneatur iuramentum præstare filio Domini, ipso Domino viuente? Quod negamus *per c. 1. de capitul. Corradi & in cap. Imper. S. præterea si quis. tit. de prohibita feudi alienatione.* Nam si aliàs sponte & nulla urgente necessitate, tale quid faceret, videretur velle dominum contemnere, & feudum alienare. *Mozz. d. loc. n. 14. & 15.*

100. Item si Vasallus decedat pluribus relictis hæredibus? an quilibet eorum obligetur domino ad fidelitatis iuramentum, quod affirmamus si pro indiuiso possideant, secus si vni totum feudum adiudicatum fuerit *cap. omnes. tit. si de feudo defuncti controuersia fuerit.*

101. Pro supplemento huius materiæ a diungi quoque potest illa vulgaris Quæstio, dum Vasallus iuxta *cap. 1. de noua forma fidelitatis* Domino suo generaliter contra omnem hominem excepto Imperatore fidelitatem pollicetur? an in consequentiam teneatur eundem defendere, contra agnatos, cognatos & seipsum: quod contra agnatos, vt Patrem, Fratrem, Affinem, &cæt. de iure obligetur, constat *per cap. 1. in fin. tit. hic finitur lex.* Quamuis tamen contra seipsum non teneatur, cum naturæ contrarium sit in se agere *gloss. in cap. 31. petitio X. h. t. nec in sermone generali* contineatur propria loquentis persona *l. inquisitio. C. de solutione.* neque contra Dominum antiquiorem, casu quo duobus Dominis iurando se obstrinxerit, & vno eodemque tempore ab iisdem requisitus fuerit, *per text. dict. cap. 1. hic finitur.*

102. Ex eodem genere iuramenti receptum est iuramentum ligium, quod vel soli imperatori nullius fidelitate excepta, de Marchia, Ducatu, Comitatu, vel alia legali quadam dignitate *cap. 1. tit. 14. de feudo Marchia.* præstatur, vnde homo liguis vulgò dicitur *Gutes Freunde / vmd aller Welt Feinde. Scharf. in lexico ad lit. L.* vel ab Imperatore soli Romano Pontifici, ad cõseruandam Orthodoxæ & Romanæ Ecclesiæ dignitatem, ne plurimas perpeſſa violentias intolerabili quadam tyrannide destruat, *arg. cap. 33. distinct. 63.*

103. Ita Rex Sicilia Robertus Romanæ Ecclesiæ Homoligius, ac Vasallus fuit *cap. 2. clem. 2. de iureiur. an.* ita Imperatores, Otto I Pontifici Ioanni, Henricus septimus de *Linzburg* Rudolphus Habsburgensis ac Filius eius Albertus I. Illustrissimæ Austriacæ Familiæ propagatores, Bonifacio VIII. fidelita-



deſtitatis iuramento ſe aſtrinxerunt. *d. cap. 1. & Ioann. Pantaleon. de vir illuſt. part. 2. fol. 151. & 296.* & ſic de cæteris Romani Imperij Succęſſoribus, inter quos tamen principem locum obtinet prænominatæ Auſtriacæ domus propago, dum diutius imperium Romanum quàm cæteræ Stirpes poſſederit. Nam poſteri Caroli Magni illud tenere per annos 118. Domus Saxonie 117. Franconia 102. Sueuia 110. Hæc verò regnauit annis 180. *Honor. de Aula & Regno Imper. Rom. tit. Auſtr. famil. orig. Ioan. Pantal. d. loc. in Geneal. Archiduc. Auſtr.*

504. Nec vlli olim Principes fuerunt, quin non certis conditionibus ſint ad imperia eueſti, legumque ac Sacramentorum vinculis ſuperioribus ſuis deuincti *Daniel Ott. cap. 7. in diſſert. ſuis iuridico-politicis.* pro cuius veritatis ſubſiſtentia de Regno Angliæ, Poloniæ, Gelliæ teſt. *Bodin. lib. 1. c. 8. de Repub. de Regno Daniæ Lauterbach lib. 1. c. 15. de Repub. de Regno Chyrtæ & Sueuiæ Arnſæus lib. 2. cap. 1. n. 4. de autoritat. Principum.* de Regno Scotiæ *Cambden. in deſcription. Magna Britan. lib. 1.* & ſic de omnibus Regnis latius. *Daniel. Ott. diſt. loc.*

105. vltima materiæ extraiudicialis ſpecies eſt iuramentum temerarium, dum quis in calore iracundiæ *l. 48. ff. de R. I.* vel nimio amoris æſtu. *Pac. cent. 3. Q. 8.* ſe alteri iuriſiurandi Sacramento obſtringit *Mayant. p. 6. n. 46. de iureiurand.*

106. Hoc iuramentum regulariter non eſt obligatorium *l. 2. Cod. ad L. Iul. Maieſt.* maximè dum calor iracundiæ procedit ex iuſto furore *Ioan. de Selua q. 26. part. 2.* & res, ſuper qua iuratur eſt illicita. Vnde iuramenta contra bonos mores non ligant, *vti ſupr. th. 83.* item quæ tendunt in propriam iurantis, vel alterius mortem *Ioann. de Selua p. 3. quæſt. 11. & 12.* cum ſtultæ promiſſionis vota (exemplo Dauidis iurantis in necem Nabal. *cauſ. 22. q. 4. cap. 6.*) conſultiùs ſit reiſcere quàm per inutilium promiſſorum cuſtodiam, exhorrendam criminum implere meſuram *cap. 1. d. q. 4.*

107. Hinc quoque ex conſtitution. Imperatorum Honorij & Arcadij cautum, vt de nece Principis aut virorum illuſtrium, qui conſiſtorijs & conſilijs eius neceſſunt, temerariè iuramentum ſuſcipientes gladio ferri ſoleant *l. 5. C. ad L. Iul. Maieſt. Aurea Bull. Carol. IV. fol. 14. 8.* vñd die alſo an der Mayestat ſein ſchuldig ſelbige mit dem Schwert zuſtraffen / vñd alle ihre gñter dem Fiſco verfallen. Aber auß Keyſerlicher Willtigkeit vergönnen wir ihren Kinder in das Leben / re. ſollen auch zu Keinen Ehren oder Eyden nimmermehr gelaffen / dar zu mit Armut ewiglich verſchmecht werden / vñd am letzten in ſolcher ſchändlicher dürſtigkeit ſein / daſ der Todt ihr Troſt / vñd das Leben ihnen eine Pein ſey / re

108. Verum ad euitanda periuria recurritur ſæpenumerò ad iuramenti interpretationem, remiſſionem, abſolutionem vel diſpenſationem, quæ Colophonem huic diſputationi adiſcient.

109. Interpretatio vel maximè fieri ſolet, dum dubia iuramenta in meliorem partem torquentur *arg. l. 21. ff. de reb. dubijs.* ne iurantes reatum per-

C

iurij



iurij incurrant *cap. 16. extra de testibus*. vel cum quid ab iisdem exceptum ostendi aut præsumi potest *arg. l. fin. C. de non num. pec. c. 1. in 6. h. t. maxime in huiusmodi interpretatione, spectanda sunt verba iurantis, à quibus non est recedendum, priusquam de voluntate & intentione contraria constet l. 69. ff. de legat. 3. cap. 7. de sponsal.* quæ si dubia & obscura sint, potius in iurantem fiet interpretatio, siquidem in potestate eius fuerit verba clarius pronunciasse *l. 39. ff. de pactis*.

110. Et hæc in foro fori tantum vera sunt: nam in foro poli iuramenta secundum intentionem iurantis accipienda esse nemo ambigit, cum diuina iudicia talia foris nostra verba audiunt, qualia ex intimis proferuntur *22. q. 5. cap. 11. apud homines cor ex verbis, apud Deum verba ex corde pensantur d. cap. 11.*

111. Quare etiam ad obligationem iuramenti promissorij, tria requiruntur interna, scilicet intentio iurandi, Intentio promittendi seu obligandi se ipsum, Intentio exequendi seu implendi promissum. Qui iurat absque animo iurandi, non obligatur ex vi iuramenti coram Deo, siquidem non intendit iurare aut Deum testari, sed simulare & fingere se iurare: Sicut qui fingit se contrahere matrimonium, exterius verba contractus pronuntians sine animo contrahendi, non obligatur contractu matrimonij; similiter qui fictè promittit, non obligatur vi promissionis, denique omnis actus qui essentialiter requirit intentionem agentis, est inualidus, hac ipsa deficiente *Less. lib. 2. cap. 42. dub. 8. n. 35. de iust. & iur.*

112. Animaduertendum tamen iuramenta quandoque accipienda esse iuxta mentem & intentionem exigentis, si scandalum aut damnum proximi subsécutorum præsumatur. *cap. 9. q. 5. caus. 22.*

113. Remissio iurandi postquam iuratum est fit ab eo in cuius fauorè & commodum promissio facta est *c. 1. X. h. t. c. 2. de sponsal.* mediatè vel immediatè. Mediatè remittitur iuramenti obligatio, quando condonatur ipsa promissio seu eius executio: Immediatè dum tollitur ipsa obligatio orta ex iuramento erga promissarium ad exequendam promissionem *Less. d. lib. n. 65.* Remittitur iuramentum, antequam iuratum est, cum deferens, aduersario gratiam facit contentus voluntate suscepti iuramenti *l. 6. ff. h. t.*

114. Sicut enim is in cuius fauorem est præstitum iuramentum, potest illud relaxare, ita etiam eius superior, cui vel ille pleno iure, vel saltem materia promissa subest. *Less. d. loc.* Ius absoluendi seu dispensandi super iuramento habet.

115. Vnde cum Christus Dominus omnium sit superior, omnem talem obligationem tollere & relaxare posse nemini dubium sic quoque Summus Pontifex tanquam eius in terris Vicarius *cap. 2. X. de transf. Episcopat.* ad obuiandum periculis animarum, quæ ex obligationibus iuramentorum inter homines sæpenumerò incidere solent, plenariam dispensandi & absoluendi potestatem habet *Ioan. de Selua. part. 4. n. 51. 52. & 54.* iuxta illud *Matt. 16*  
Quod-



Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelo, &c. quæ verba non Petro solum, & Apostolis, sed omnibus eius Successoribus ac Ecclesiæ vniuersali dixisse, præter Canonistas 24. q. 1. cap. 6. communis testatur Theolog. Schola. fol. 110. in conf. fid. Cath. Petrikouia in Synod. prouinc. habita.

116. Nam Pontificem talem super omni iuramento, dispensandi potestatem, cum causæ cognitione habere, prædicto testimonio attento; quis negauerit? cum sit supra ius posituum Innoc. cap. 4. X. de consuet. Neminemq; eodem iure recognoscat superiorem cap. 6. X. de maiestate & obedientia. cap. fin. eod. de for. compet. omnes appellent ad eum, & nemo appeller ab eo 9. q. 3. c. 17. vnde Ordinarius Ordinariorū, ac Deus in terris, iux. Bald. in l. fin. C. sent. rescin. nō poss. c. 6. dist. 40. respectu iuris scil. positui & eo modo dicitur, quo Principes, Scriptura vocat Deos, & Vicarios, eo maiori gradu, quo spiritualis potestas sublimior est temporalis, Contz. politic. lib. 6. cap. 28. § 10. fecus tamen in concernentibus ius diuinum, cui se totū subiectum esse, nec vnū iota de lege Dei tollere posse, asseuerat. Contz. d. lib. c. 22. § 2. Ioan. de Selua part. 4 n. 55. Luculentum itaque eorum figmentum qui animo cauillandi. ex text. allegatis inferendum volunt Pontificem absolute se Deum profiteri, & omnia posse quæ Deus potest, cum se seruum seruorum Dei, & hominem Peccatorem confiteatur, quæ cuncta hominis sunt, hominis Deum cognoscentis, suam imbecillitatem gementis, non diuinitatem affectantis Contz. d. lib. 6. cap. 24. § 6.

### Conseſſaria Iuridico-Politica.

Iuramentum Fideiussoris tollit beneficium excutiendi principalem; Pœnitentiam in proroganda Iurisdictione; Purgationem moræ in debito. Corset. q. 8. enid. 5.

Habet vim specialis dispositionis, virtutem Guarantiæ, effectum clausulæ derogatoria. Bald. ad l. 1. vers. 7. C. commodat Barr. ad l. 2. ff. de iurei. c. l. 3. de l. & Iur.

Excipit authoritatem superioris. Vnde Studiosi Creditoribus suis iurantem non exire districtum Ciuitatis, nisi facta prius debitorum solutione, poterunt tamen liberè sine metu periurij, per Parentes auocati recedere Iason. ad l. fin. ff. qui satis dare coguntur. Rebuff. de priuileg. Studioforum. fol. 230. Nam Studioforum superiores sunt Parentes, quibus tenentur obedire sub pœna peccati, Felin in cap. constitut. col. 5. de rescriptis. Nisi talem iussum ex malitia procurauerint, destinando literas ad Parentes vt auocarentur. Rebuff. d. loc.

Sed vtrum fas sit deferre iuramentum ei, quem putas peieraturum?

Vtrum Carceratus, & dimissus sub redeundi conditione (si mortis periculum verisimiliter ex reditu timeat) sine metu periurij, manere possit?

Vtrum Clericus beneficio Fori per iuramentum renuciare possit?

Vtrum iuramentum Creditoris sufficiat ad probandam fugam Debitoris?

Quorum duo priora problematicè, duo posteriora  
negatiuè defendemus.

Ad



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is difficult to decipher due to its low contrast and the age of the paper.




X 2874408

94 A 7386

VD 17







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black



PUBLICI,  
ESIMA PRIMA,

ANDO,

tarum parte, & con-  
Canon. Cod. &  
p. Feud.

PICE,

BVS  
nis Viris, ac DD.

NO, I. V. Doctore, &  
SS. LL. Licentiate,  
re & Fisco.

uerſitatis, Iuris vtriuſq;  
ndam proponit  
cedena Westphalus.  
29. die 26. Iulij.

ipientia l. s. s. proinde  
gnition.



IPPINÆ,  
prope Augustinianos.

